HZ 120

missis satisfactum esse

Eadem Rzewuska Abrenuntiat

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Comparens per Lib. Thoram Anna Teresa de Humniska olim Thori Joannis de eadem Humniska Humnicki Subdapiferi Terrae Sanocensis Cum Thora Marianna de Grabki procreata filia Thori vero Georgij de Rzewuska Rzewuski Consors legitima Cum eiusdem Mariti sui Ut Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infra recognoscenda Consensu sanamente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum modernum attinet se Cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia sibi Recognoscenti de bonis Paternis et Maternis se Recognoscentem in vim dotis et Expeditionis sui legitime Concernentis per Manus Thosorum Hyacinthi Subdapiferi Sanocensis Adami Josephi et Joannis Humnickich Fratrum sui Recognoscentis germanorum totaliter et plenarie satisfactum est. Ob quam eiusmodi satisfactionem Dotisque se Recognoscentem Concernentis per solutionem tam paternis et Maternis Successionibusque quibusvis in manus suprascriptorum Thosorum Fratrum suorum abdicat abrenuntiat et resignat praesenti personali Recognitione ad praemissa Mediante.

Rzewuskich Congum mutua Aduitalitas

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Comparentes personaliter Thori Georgius de Rzewuska Rzewuski olim Thori Gregorij de eadem Rzewuska Rzewuski Cum olim Thora Sophia Sanczkowna procreatus filius ab

Una.